

dictus dominus episcopus sepe sepius laboribus et expensis in dapnum predicte montis viridensis ecclesie manifestum. Cum predicte expense superarent predictam decimam. Quam predicti dominus Ancelmus et domina Riccarda solvebant eidem domino episcopo nomine et pro parte dicte ecclesie, propter quod asserebat Idem dominus episcopus se velle componere de predicta decima. cum [dicto domi]no Antelmo et domina Riccarda . . . . . dominus Altelmus et domina Riccarda audientes predicta pro bono pacis et concordie dixerunt similiter se velle componere de eadem decima cum eodem domino Episcopo. et sic intervento communi amicorum predictorum . . . . . . . . . pro parte Ecclesie montis viridis supradicte cum consensu et voluntate totius Capituli dicte Ecclesie et cum consensu et voluntate Iaconi P. . . . . archidiaconi et yconomy eiusdem ecclesie astante . . . . . . . . . de littera pro advocate in tota presentis scripti continetia eodem domino Antelmo viro et legitimo mundualdo ipsius ex parte altera pro bono pacis et concordie ad infrascripta amicabilem compositionem de pred . . . . . predicti Antelmus et Riccarda obligaverunt se et heredes suos per guadiam et stipulationem sollempnem p. . . . . episcopo montis viridis. recipiendo nomine et pro parte dicte ecclesie montis viridis solvere eidem episcopo et eius successoribus nomine et pro parte dicte ecclesie et eidem ecclesie anno quolibet in perpetuum in festo assumptionis beate virginis [uncias au]ri duas ponderis generalis pro decima supradicta et predictus dominus episcopus cum tota predicti Iuris sollempnitate obligavit se et eius successores nomine et pro parte predicte ecclesie montis viridis. predicto domino Antelmo et domina Riccarda per predictam guadiam et stipulationem sollempnem. quod nunquam ipse et eius successores petant predictam decimam vel aliquam aliam decimam eisdem domino Antelmo. domine Riccarde vel eorum heredibus nisi idem dominus